



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 105. Decem Cardinales a Paulo IV. Pontifice creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** ac ferme eodem, quo condebatur, mo-  
A.C. 1557. mento abrogatum fuit.

Alterum hujus Pontificis decretum magis firmum concernebat festivitatem Romanæ Cathedræ D. Petri, quod festum Ecclesia die decima octava Januarii celebrare solet, cum priori tempore hæc solemnitas a festo Cathedræ Antiochenæ ejusdem Apostoli haud distingueretur, ac non nisi D. Petri Episcopatus, quin specialis Romanæ, vel Antiochenæ Sedis mentio fieret, ab Ecclesia coleretur: Attamen Paulus IV. singulari veneratione diversas hasce Sedes honorari, ac singulare festum de Romana D. Petri Cathedra institui voluit, eo fine, ut temeritas, inquiebat ille, hæreticorum reprimeretur, qui hunc Apostolum nunquam Romam venisse, propugnare audent. Eapropter Pontifex anno sequenti die decima quarta Januarii aliam edidit Constitutionem, qua Sanctum Petrum Romæ sedisse, ac ibidem Martyrium subiisse declarabat, ubi etiam utriusque articuli veritatem plurimis maximæ auctoritatis testimoniis comprobata reddebat.

§. CV.

*Decem Cardinales a Paulo IV. Pon-*  
*tifice creati.*

Idem



Idem Pontifex hoc anno die decima  
quinta Martii decem creabat Cardi-  
nales, ex quibus primus erat Thad-  
dæus Gaddius patria Florentinus Co-  
fentinus Archiepiscopus, ac Cardinalis Sæc. XVI.  
A.C. 1557.  
Presbyter tit. S. Sylvester: II. Antonius Ciacon.  
P. 855.  
Pallav. l. 14.  
c. I. n. 5.  
Trivultius Mediolanensis, Tulonensis  
Episcopus, Sedisque Apostolicæ apud  
Venetos Nuntius, itidem Presbyter  
Cardinalis tit. SS. Joannis, & Pauli.  
III. Virgilius Rosarius Spoleti natus,  
Iskalensis Insulæ Episcopus, ac Pontifi-  
cis in Urbe Vicarius, inter Presbyteros  
Cardinales tit. S. Simeonis cooptatus.  
IV. Laurentius Strozzius patria Floren-  
tinus, primo Bitteranus, postea Al-  
biensis Antistes, ac demum Aquensis  
Archiepiscopus, Galliarum Reginæ Con-  
sobrinus, ac Presbyter Cardinalis tit.  
S. Balbinæ. V. Joannes Bertrandus  
natione Gallus, Sigilli regii custos, eo-  
demque anno Senonensis Archiepisco-  
pus, ac Presbyter tit. S. Priscæ. VI.  
Michael Ghisilerius Bosci exiguo Der-  
tonensis Dioecesis oppido in Mediola-  
nensi Ducatu natus, Sutrinus Episco-  
pus, Sacræque Inquisitionis Commissa-  
rius Generalis, Presbyter Cardinalis pri-  
mo tit. S. Mariæ supra Minervam, &  
postea Sanctæ Sabinæ. Hic idem vulgo  
nominabatur Cardinalis Alexandrinus  
& dein in summum Pontificem assumpto

L 1 4

Pii

**Sæcul. XVI.** Pii V. nomine eligebatur. VII. Cle-  
**A.C. 1557.** mens Dolera Genuensis supremus Or-  
 dinis Fratrum Minorum, quos Obser-  
 vantes vocant, Praepositus in Hispania,  
 necnon Fulginatensis Episcopus, ac  
 Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in  
 Ara Cœli VIII. Alfonsus Caraffa,  
 patria Neapolitanus, Pauli IV. Pontifi-  
 cis Nepos, ac Montis-Belli Marchio-  
 nis Filius, qui ex Archiepiscopo Nea-  
 politano Presbyter Cardinalis tit. S. Ni-  
 colai electus fuit. IX. Vitellotius Vi-  
 tellius Nobilis Tiphernas, in umbria  
 natus, ubi etiam Episcopalem Sedem  
 tenuit, eratque Cameræ Apostolicæ Cle-  
 ricus, necnon Immolenis Episcopus,  
 & Cardinalis Diaconus tit. SS. Sergii,  
 & Bacchi, postea S. Mariæ in porticu,  
 ac denique S. Mariæ in via lata. X. Joan-  
 nes Baptista Ghislierius patria Roma-  
 nus, ex nobili Ghisileriorum familia  
 ortus, Cameræ Apostolicæ Præses, Car-  
 dinalis Diaconus tit. S. Luciæ, ac de-  
 dum S. Nicolai in carcere.

### §. CVI.

#### *Joannis Martini Siliceti obitus.*

*Ciaton.*  
*p. 846.*  
*And. Vi-*  
*torel. Add.*  
*ad Ciaton.*

Eodem, quo hi Cardinales crebantur,  
 anno Sacrum Purpuratorum Col-  
 legium quinque suorum mortem luge-  
 bat. Hos inter primus erat Joannes  
 Martinus de Guiso, seu Guiarro ex op-  
 pide